

Band X., Nr. 4650, Seite 331-333

Abt Gepzo und Konvent von Lorch beurkunden die schiedsrichterliche Entscheidung ihres Streits mit Ritter Heinrich von Bietigheim um Güter in Bietigheim und Haslach.

Sulzbach, 1295. April 12.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Nos Gepzo divina permissione humilis abbas totusque conventus cenobii in Lorche presentibus profiteamur et notum facimus universis, quod nos causam que inter nos ex una et Henricum de Büttenkeyn vertebatur ex parte altera super bonis ac prediis universis sitis in terminis apud Büttenkeyn ac apud Haslach¹ seu alias ubicunque cum eorum attinentiis singulis et universis in domibus curtilibus agris pratis vineis nemoribus pascuis censibus ac iuribus terris cultis et incultis sive bonis aliis quibuscunque solutis et non solutis nec non quarta parte fructuum in monte qui dicitur Brachberch nobis et ecclesie nostre a Cunrado pie memorie dicto Kornlin de Bernhusen patruo eiusdem Henrici divina inspirante gratia et in remedium anime sue de consensu omnium heredum suorum in honorem beatissime virginis Marie omni eo iure quo ipse tenuit et possedit iure proprietatis libere traditis et collatis honorabilibus viris domino Milone abbate in Murrhart videlicet et domino Bertoldo de Schechingen militi ex parte nostri, domino Alberto dicto Brenmul et domino Dietrico de Helfenberch militibus ex parte ipsius Henrici commisimus utrobique tanquam communibus arbitris decidendam finaliter et sedandam. Ipsi vero super decisione et huiusmodi litis compositione amicabili insimul quid potissimum esset utrimque deliberantes tale arbitrium de consensu partium in palam unanimiter ediderunt, domino Cunrado de Kemnaten, domino Dietrico de Gliche² sacerdotibus conventus in Murrhart, domino Ludwico et domino Dietrico perpetuis vicariis in Stainikirchen et in Sulzbach, dominis Bertoldo et Alberto fratribus dictis Scheublin³, Burcardo de Oppenwiler dicto Sturmveder, Diemaro de Uggingen militibus, Hartmanno Zotlin, . . . dicto Letschier de Ingereshaim, Diethero dicto Susser, Diemone de Glatbach, Milone de Wiler, Sifrido de Wsten⁴ et aliis quam plurimis fidedignis presentibus et attestantibus quandocunque requisiti fuerint, quod omnia bona prescripta mobilia seu immobilia culta et inculta

¹Hohen- bzw. Niederhaslach, Sachsenheim, LB.

²Ober- bzw. Untergleichen, Pfedelbach, KÜN.

³Offenbar Verwandte des als Siegler genannten Marschalls Konrad von Besigheim, der nach WUB, Bd. IX, S. 197, Nr. 3728 den Beinamen Schobelin führt.

⁴Neckarwestheim, Neckarwestheim, HN.

II

soluta seu pignoribus occupata aut quocunque vocabulo nuncupata ad nos et usus ecclesie nostre in Lorche libere et perpetuo proprietatis iure nulla interiecta contradictione debeant quiete et pacifice pertinere, consentientibus prefato Heinrico de Butenkeyn, germana sua . .⁵ ac omnibus heredibus ipsius Heinrici cuiuscunque sexus et renuntiantibus libere omni iuri, si quod eis in memoratis bonis competebat seu competere videbatur aut in posterum posset competere quoquo modo. Addita tamen hac condicione, quod nos sepedicto Heinrico X maltera siliginis X maltera spelte X maltera avene mensure in Greningen in festo sancti Michahelis et tres urnas Necarici vini Esslingensis urne in festo sancti Martini singulis annis pro tempore vite sue in Bussingen tenemur penitus assignare, exceptis hiis annis, quibus domino annuente ingruit grando seu sterilitas vinearum, tunc enim pretaxato Heinrico semper vice unius urne si voluerimus duas libras Hallensium tenemur assignare in termino memorato. Post obitum autem sepedicti Heinrici omne frumentum iam scriptum cum vino memorato quocunque tempore anni ipsum decedere contingit ad nos et nostram ecclesiam solutum funditus revertetur. Nos etiam Heinricus de Butenkeyn prefatus, soror sua . . ac omnes sui heredes renuntiationem omnium bonorum prescriptorum per nos factam et eorundem bonorum assignationem ipsi cenobio in Lorche de nostro esse favore factam pariter et assensu nec non omnia prescripta habere rei veritatem presentibus profitemur. In cuius nostre professionis ac arbitrii declarationis seu facte compositionis robur et inviolatum veritatis testimonium, quia proprio careo sigillo, ad petitionem mei sororis mee ac omnium heredum meorum presentes sigillis venerabilium dominorum marchionis de Padem dicti Hesse, abbatis in Lorche, conventus ibidem, domini Milonis abbatis in Murhart, Cûnradi marschalci in Besenkeyn, Waltheri de Urbach, Alberti dicti Brenmul militum firmiter sunt munite.

 Actum et datum in Sulzpach, anno domini MCC nonagesimo quinto, proxima feria tertia post dominicam qua cantatur Quasi modo geniti infantes.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Von sieben Siegeln noch das beschädigte dritte und ein Rest des fünften erhalten. 3) rund, c. 43 mm., die thronende Maria mit dem Jesuskind, links ein Stern, rechts ein zunehmender Mond; Umschrift: + . S IORIS (d. h. prioris) . ET . CONVENTVS . DE . LORCHE. 5) in rundem Siegel ein Schild mit Schrägbalken, offenbar das Siegel des Marschalls Konrad von Besigheim.

⁵Lücke für den Namen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 499 U 111

Regesten:

Fester: Regesten Markgrafen von Baden, 623.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Sulzbach

Ortsindex:

Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Besigheim Wohnplatz (887)
 Besigheim, LB
 Bietigheim Wohnplatz (1173)
 Bietigheim, Bietigheim-Bissingen, LB
 Bissingen : Bietigheim-Bissingen LB
 Bissingen Wohnplatz (1174)
 Großglattbach Wohnplatz (7062)
 Großglattbach, Mühlacker, PF
 Großingersheim Wohnplatz (1154)
 Großingersheim, Ingersheim, LB
 Helfenberg Wohnplatz (1991)
 Helfenberg, Ilsfeld, HN
 Hohenhaslach Wohnplatz (1141)
 Hohenhaslach, Sachsenheim, LB
 Iggingen Wohnplatz (4581)
 Iggingen, AA
 Kemnat Wohnplatz (542)
 Kemnat, Ostfildern, ES
 Kleiningersheim Wohnplatz (1156)
 Kleiningersheim, Ingersheim, LB
 Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
 Kloster Lorch, Lorch, AA
 Murrhardt Wohnplatz (1475)
 Murrhardt, WN
 Neckarwestheim Wohnplatz (2114)
 Neckarwestheim, HN
 Niederhaslach Wohnplatz (1147)
 Niederhaslach, Sachsenheim, LB
 Obergleichen Wohnplatz (2619)
 Obergleichen, Pfedelbach, KÜN
 Oppenweiler Wohnplatz (1512)
 Oppenweiler, WN
 Schechingen Wohnplatz (4820)
 Schechingen, AA
 Steinkirchen Wohnplatz (2757)
 Steinkirchen, Braunsbach, SHA
 Sulzbach an der Murr Wohnplatz (1606)
 Sulzbach an der Murr, WN
 Untergleichen Wohnplatz (2633)
 Untergleichen, Pfedelbach, KÜN
 Unterurbach, Urbach, WN

IV

Urbach WN
 Urbach Gemeinde (1608)
 Weiler an der Zaber
Wohnplatz (2171)
 Weiler an der Zaber, Pfaffenhofen, HN